

REVTLINGENSE.

Cesserat Achalmis, scopulis habitantibus altis.  
Est locus, Achalma Comites de gente vetusta.  
Struxerunt opibus magnis, tectisq; superbis,  
Cænobium sacrum, geminus quo rivulus vnda  
Cum duplici sacram mediam quasi diuidit adem.  
Achus, & alueolum fluxu concurrat in vnum,  
Hinc fuit à Sueuis Zwifaltach dicta colonis,  
Sacra domus, Monachis Hirsauga à sedereceptis:  
Quam Chuno Achalmus censu fundauit opimo  
Achalmus Chuno: & frater Lutholdus vterque  
Antiqua de gente Comes, Caluusq; Dynasta  
ALBERTVS, priscis celeberrima nomina seclis  
Qualis erat quondam simili Lutholdus ab Achalm.  
Nomine: Martello Carlo notissimus olim  
Cum quo Leutfridum bello est aggressus vt hostem  
Imperij, atq; volens Ductorem euertere Sueuum:  
Proh dolor, occubuit bello prostratus in isto  
Cum multis alijs Comes inclytus ille Dynastis,  
Hic vbi nunc Feylerus habet sua nomina saltus:  
Et septingentos mundus numerauerat annos,  
A Christo, & lustris ex ordine quinque peractis,  
E vita Lutholdus abit, Comes optimus olim,  
Achalmæ sedis, nature debita soluens.  
Quid loquar Achalma Wilhelmum stirpe celebrem  
Strenuitate virum? quo non prestantior alter  
Sueuorum quondam tum temporis exiitit aruis,  
Parthenopes locus est germano notus in orbe,  
VRBS celebris, murisq; suis, & turribus altis,  
Magdenburgorum vetus est locus ille virorum:  
Hic olim conuentus erat, certamen equestre,  
A Turno forsan traxit primordia prisco,  
Turnus & Æneas pugnantes fortiter olim.

4

Comites ab Achalm fundatores Cænobii Zwifaltensis ad aquam duplicè Anno 1088.

Chuno & Lutholdus Comites ab Achalm.

Lutholdus ab Achalm vixit Anno 725.

Der Feyler Forst.

Guilhelmus Comes ab Achalm.

Anno 938. Woher Chuno nieren entstanden.

De